

- quolibet precepto tantum, et de omnibus aliis preceptis a viginti sold. par. inferius habere debeat et recipere par. sex tantum pro quolibet precepto, et a viginti sold. par. superius habere debeat et recipere unum frx. tantum pro quolibet precepto. ¶ Et de quolibet capitulo, sive intentione, examinatione testium, copia ipsorum et intromissione et aliis scripturis per ipsum factis ad dictum offitium pertinentibus et expectantibus habere debeat et recipere solutionem ipsarum prout recipere et habere debent cancelarii comunis de palacio secundum formam statuti Tergesti. ¶ Item dare et consignare omnia banna et scripta per ipsum notata et scripta de mandato iudicum notario malefittii in quolibet arengo, antequam publicetur arengum sacramento. ¶ Et nullus cancelarius de sub logia possit esse in eodem offitio existentibus iudicibus vel rectoribus patre, patruo, avunculo, fratre, tam ex parte patris quam matris, et germano consanguineo vel aliquo ipsorum. ¶ Item quod dictus cancelarius infra quinque dies a die exitus offitii sui dare et consignare debeat et teneatur quaternos suos in manus vicedominorum comunis Tergesti, sub pena centum sold. par. pro quolibet cancelario contrafatiente et vice quolibet contrafacta.

Cap. XV. Rubrica de ellectione fontecharii comunis et eius notario. Et de officio notarii predicti.

- 25 **S**tatuimus quod in electione fontecharii comunis et eius notarii procedatur in hunc modum: videlicet quod novem diebus ante eorum exitum in maiori consilio dentur inter ceteros sex breves pro sex fontechariis eligendis et duos pro duobus notariis eligendis, et quicumque habuerit ex dictis sex
30 brevibus eligat et eligere debeat et teneatur unum ex dictis sex fontechariis meliorem quem sibi videbitur et crediderit pro utilitate comunis Tergesti, et similiter qui habuerit ex dictis duobus brevibus notariorum eligat et eligere debeat et teneatur unum ex dictis duobus notariis meliorem quem sibi
35 videbitur // pro utilitate comunis Tergesti. ¶ Et ipsi sex fon- 31 A